Noverint universi. Ego Caterina filia Johannis Johannis de Campodorano prochie sancte Eulalie de Costa Gerunde et a bisp…
patre meo tempore nupciarum hereditata de manso Johannis dicte prochie cum honoribus et possessionibus eiusdem uxorque Gensii Johannis
al Boer Gratis et ex certa sciencia de consensu dicti viri mei presentis et inferius consencientis confiteor et recognosco vobis honorabili
et religioso domino fratri Francisco Dei gracia abbati monasterii Sancti Danielis Gerunde licet absenti et discreto Petro Capmany scriptori Gerunde pro-
curatori vestro et dicti monasterii presenti assistenti et cetera debeo unam ex me plene mea nasciturã … propria et solida vobis et successoribus vestris
in dicta abbatia et monasterio racione mansi Johannis predicti ex quo vos et vestri successores in dicta abbatia habetis et habere debetis
homines et mulieres et alias eorum servitutes. Quocirca promitto vobis quod ero vobis et successoribus vestris in dicta abbatia bona
fidelis et legalis tam de corpore quam eciam de avere et non intrabo castrum villa vel civitatem aut aliquem locum privilegiatum
causa morandi nec aliquid aliud faciam tractabo vel procurabo propter que vos vel successores vestri in dicto monasterio possitis
dominium quod in me plene et bonis meis habetis et habere debetis amittere et aliquis lucrari immo vos et vestros in dicto mo-
nasterio successores pro veris meis dominis ubique reclamabo. Et pro hiis attendendis et complendis tenendis et observandis
obligo vobis et vestris successoribus in dicta abbatia et notario infrascripto tanquam publice persone hec a me nomine vestro
et omnium aliorum quorum interest et intererit in futurum legitime stipulanti et recipienti omnia bona mea mobilia et inmobilia
ubique sint habita et habenda. Et nichilominus pro predictis servandis presto homagium dicto Petro Capmany procuratori vestro et dicti
monasterii manibus et ore comendatum iuxta usum huius patrie iurans sponte per dominum Deum et eius sancta quatuor evangelia
a me corporaliter tacta predicta omnia et singula rata grata et firma semper habere tenere et servare et nullatenus contra-
facere vel venire iure aliquo causa vel eciam racione. Et ego dictus Gensius Johannis al Boer consencio ad predicta. Actum est
hoc Gerunde die vicesima octava mensis Januarii anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo
septimo. Sig+num Caterine predicte iurantis et Gensii eius viri qui hec firmamus et laudamus.

Testes huius rei sunt discretus Petrus Johannis presbiter et Guillelmus Capmany clericus beneficiatus in ecclesia
Sedis Gerunde.

Sig+num Petri Vermani notarii publici auctoritate regia substituti a Jacobo de Campolongo quondam publico Civitatis bajulie
et vicarie Gerunde suorum procuratorum notario qui hec scribi fecit et clausit.

Noverint universi. Ego Gensius Johannis al Boer de Campodorano prochie sancte Eulalie de Costa Gerunde qui causa
matrimonii contracti cum Caterina filia Johannis Johannis ac a bisp… hereditata tempore nupciarum intravi mansum
Johannis predictum gratis et ex certa sciencia confiteor et recognosco vobis honorabili et religioso domino fratri Francisco Dei gracia
abbati monasterii Sancti Danielis Gerunde absenti et discreto Petro Capmany scriptori Gerunde procuratori vestro presenti et vestris suc-
cessoribus in dicta abbatia quod sum et esse debeo homo proprius et solidus vester et successorum vestrorum in dicta abbatia una cum
omni prole mea amodo nascitura et omnibus bonis meis mobilibus et inmobilibus presentibus et futuris eo quia causa matri-
monii intravi mansum Johannis de Campodorano dicte prochie ex quo vos et successores vestri in dicta abbatia
habetis et habere debetis homines et mulieres et alias eorum servitutes. Quocirca promitto esse vobis et vestris successo-
ribus in dicta abbatia bonus fidelis et legalis tam de corpore quam eciam de avere et non intrabo castrum villa vel
civitatem aut aliquem locum privilegiatum causa morandi nec aliquid aliud faciam tractabo vel procurabo propter
que vos vel successores vestri in dicta abbatia possitis dominium quod in me plene et bonis meis habetis et habere debetis
amittere et alius lucrari immo vos et vestros successores in dicta abbatia pro meis veris dominis ubique reclamabo. Et
pro predictis attendendis et complendis tenendis et observandis obligo vobis et vestris me et omnia bona mea ubique habita
et habenda. Et nichilominus pro predictis attendendis et complendis tenendis et observandis presto homagium dicto discreto
Petro Capmany procuratori vestro et dicti monasterii ore et manibus comendatum iuxta usum huius patrie iurans eciam
sponte per dominum Deum et eius sancta quatuor evangelia a me corporaliter tacta in manu et posse notarii infrascripti
tanquam publice persone hec a me nomine vestro et omnium aliorum quorum interest et intererit in futurum legitime stipulantis et
recipientis predicta omnia et singula rata grata et firma habere tenere et servare attendere et complere et nullatenus
contrafacere vel venire iure aliquo causa vel eciam racione. Actum est hoc Gerunde die vicesima octava mensis Januarii
anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo. Sig+num Gensii Johannis al Boer predicti
qui hec firmo et laudo predictis iuro.

Testes huius rei sunt discretus Petrus Johannis presbiter et Guillelmus Capmany clericus beneficiatus in ecclesia Sedis
Gerunde.

Sig+num Petri Vermani notarii publici auctoritate regia substituti a Jacobo de Campolongo quondam publico Civitatis
bajulie et vicarie Gerunde suorum procuratorum notario qui hec scribi fecit et clausit.

1437.I.28

n° 1153

T.405 X 295

(1223)

(1224)

N° 116. Acmen Mas joan de
Campana ... Libre 20, p 195
... gruet ... 
ac f 22v ... 